



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 34. De Fato hujus Bullæ in Galliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„nunc occupat, simul & Bearnii prin-
 „cipatu exciderit, Condæus autem,
 „& utriusque Successores omni prin-
 „cipatus, & dignitatis jure in præsens,
 „& in posterum pariter exciderint: in-
 „super indignos esse ipsos, & eorum
 „Successores, qui in ullum principa-
 „tum, ac speciatim in regnum Fran-
 „ciæ succedant, hac sententia pronun-
 „tio, atque subditos obsequii Sacramen-
 „to solvo, ac denique, tum Regem Chri-
 „stianissimum hortor, ut memor juris-
 „jurandi in inauguratione præstiti om-
 „nia sectarum semina extirpet, hanc-
 „que sententiam executioni demandari
 „jubeat: insuper Archiepiscopis, ac
 „Episcopis præcipio, ut exempla ejus
 „sententiæ, simul ac in manus eorum
 „devenerint, per totum Regnum pub-
 „licari curent.

§. XXXIV.

De Fato hujus Bullæ in Galliis.

Hoc diploma Romæ die vigesima pri-
 ma Septembris promulgatum, ac
 publice affixum postea ad Cæiarem mit-
 tebatur, petente summo Pontifice, ut
 Imperator pro sua auctoritate curaret,
 ne Protestantes Principes hujus senten-
 tiæ executionem præpedire moliren-
 tur: verum Cæiar non multum de super
 sollicitus videbatur: in Galliis vero fœ-
 derati

Sæcul. XVI.
 A C. 1585.

Thuan. l. 82.
 Mex. abregé
 t. 3. p. 314.
 & 315.

Sæcul. XVI. derati ingenti tripudiabant gaudio, eo-
A. C. 1585. rumque Prædicatores magna verborum
vehementia adversus hosce Principes
hæreticos jam publico anathemate per-
cussos, declamabant, nilque intentatum
relinquebant, ut Henrico III. in-
vidiam accerferent, ac populo propo-
nerent, quod ipse clam Navarræ Regi,
ceterisque Calvinistis saveret: verum
ex Catholicis magis moderati, ac factio-
nes pertæsi ingemiscebant, eoquod
Christi Vicarius, qui nonnisi mansuetu-
dinem, & moderationem spirare de-
beret, sua potestate ad Regum exau-
ctorationem impenderet, suisque cen-
suris, atque Ecclesiæ armis præpedi-
ret, ne eorum subditi obsequium eis
debitum amplius deferrent. Optabant
etiam nonnulli, (*) ut hæc Bulla sub
Henrico Franciæ Rege idem fatum
subiret, quale Regnante Carolo IX. vi-
ginti abhinc annis subiit Constitutio a
Pio IV. contra Reginam Joannam Al-
bretam Navarræ Regis Matrem edita,
quæ revocata, atque suppressa fuit,
adeo,

(*) Nimirum Thuanus Calvinistarum Fau-
tor, ex quo Continuator hoc suum desiderium
emendicavit, eumque inter probos, & mode-
ratos Catholicos recensuit, eoquod suis opi-
nionibus faventem reperit.

adeo, ut inter hujus Pontificis Constitutiones in Bullario non reperiatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

§. XXXV.

Senatus Regii oppositiones contra hanc Bullam.

Ceterum Parisiensis Senatus pro a-
vita sua prudentia, & constantia,
quam in omni occasione, ubi de con-
servandis Regni juribus, Nationisque
libertatibus agebatur, semper exerebat,
nunc quoque circa hanc Sixti V. Con-
stitutionem validissimas rationes Regi
exponebat, ad calcem vero sui li-
belli hæc addebat: „Curia nostra hu-
„jus Bullæ stylum adeo novum, atque
„a moderatione, & prudentia præcis
„Pontificibus propria tantopere alienum
„deprehendit, ut ibidem haud ultra
„Apostolici Successoris vocem agnoscat,
„insuper cum nec in suis tabulis, nec
„in antiquis monumentis reperiatur, quod
„Regii stemmatis Principes Galli un-
„quam Pontificis tribunali fuerint sub-
„jecti, hinc circa hoc facinus delibe-
„rare nequit, nisi prius summus Pon-
„tifex jus illud comprobatum reddide-
„rit, vi cujus ei Regna a Deo ante
„Pontificum institutionem a Deo stabi-
„lita transferendi potestatem sibi com-
„petere asserit. „

*Mem. d' E-
toil tom.
pag. 196.
hoc ann.
Journal.
pag. 79.
Mem. de la
Lig. p. 360.*

Præ-